



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 203. Pauli Æmilii Zachiaë Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

quiescit apud Sanctum Petrum ad Vincula. Sæc. XVII.  
A. C. 1605.

## §. CCIII.

*Pauli Æmilii Zacchiæ Cardinalis  
extrema.*

**I**nitio Pontificatus Pauli V. die trigesima prima Maji decessit Paulus Æmilii Zacchia, Vectiani in oppido Liguriæ claris Parentibus anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto natus. Hic sub cura Marcelli de Nobilibus Materni sui Patruï humanioribus literis ac jurisprudentiæ studio excultus, necnon Doctoris Laurea Pisis ornatus Romam venit, Petro Donato Cæsis Caussidico percelebri adjunctus. Sub idem tempus Clemens VIII. præfatum Marcellum sibi in paucis carum purpura decorare constituebat, eo autem hanc dignitatem ob grave senium deprecante paratum Patruo favorem transtulit in Nepotem, quem primo intimi Cubiculi Ministrum, mox signandis gratiæ causis Auditorem, ac postea Protonotarium nominabat: paulo post eundem ad Hispaniæ Regem Nuntium ablegans, tandem anno post Christum natum millesimo quingentesimo octogesimo octavo die tertia Martii inter Presbyteros Cardinales ti-

*Ciacon. l. c.  
Ughel. in  
Ital. Sær.*



Sæc. XVII. tulo Sancti Marcelli cooptabat. Nova  
A C. 1605. hac dignitate clarus Æmilius intima  
 quæque negotia suæ curæ commissa in-  
 signi prorsus prudentia ac fide expedi-  
 bat. Rexit quoque Faliscorum Eccle-  
 siam, ab ipso summo Pontifice consecra-  
 tus: postea Congregationi Concilii Tri-  
 dentini præfectus, ut erat placidus in-  
 genio, & natura beneficus, tantam sibi  
 benevolentiam conciliabat, ut defuncto  
 Clemente VIII. Cardinales eum Ponti-  
 ficia Thiara dignissimum *conferrent*,  
 prout ipsemet Cardinalis Perronius ad  
 Henricum IV. Franciæ Regem perscri-  
 pserat: cum autem Medicorum iudi-  
 cio vix tres Menses supervicturus cre-  
 deretur, non tam spe, quam obtinen-  
 dæ hujus dignitatis metu solutus pau-  
 lopost Clementis VIII. obitum anno æ-  
 tatis suæ quinquagesimo primo meritis  
 ac nominis fama celebris obdormivit in  
 Domino, sepultus in Ecclesia sui Tituli.

## §. CCIV.

*Joannes Franciscus Blandrata Car-  
 dinalis mortuus.*

*Petramell.* Postremus erat Joannes Franciscus ex  
*in elog.* Sancti Georgii & Blandratæ Co-  
*Franc. Aug.* mitibus Casali anno Incarnationis Do-  
*ab Eccles.* minicæ millesimo quingentesimo qua-  
*in Hist. Pe-* dragesimo quinto natus. Hic in patet  
*dem. Ciacon.* l. c. na.